

ta moderacōne disponere vt cū q̄daz
alternacōne et refocillacōe te teneas
stablem et non in quodā vno opere
importunius incubantē. alia penitus.
nō curando vel vt inualida relinquen-
do. tediū aut infirmitas et si quid hu-
iustmodi te vincat. Nā qđ caret alter-
na requie. durabile non est Ita ergo
nunc lege vt post sis validior ad orati-
onem. nunc meditare. nunc operare
vt hec sibi mutuo deseruiāt et hec oia-
te stantem teneant sine tedio de vno
ad aliud transeuntem. Varum autē
ascensionū in corde dispositio sit diui-
nis scripturis conformis et spiritualē
viri discussione approbata.

¶ Qđ aliter debet homo in corde dis-
ponere de fine aliter de his q̄ sunt ad
finem. // Capl. x.

Fliter autē in corde debes dispo-
nere de fine tuo. aliter de his q̄
e in

sunt ad finem. Finem em̄ tuū videlicz
cordis puritatem et caritatem ita in
corde tuo debes figere et immobiliter
imprimere. ut nullo casu nullo consilio
nullius imperio ab eo discedas nec
ab actu virtutis interiori vel caritate.
sed omnia opera omnia exercitia ad
fine debes dirigere et ad ipsum semper
oculum reflectere. Sicut em̄ nature quod
portum pre oculis non habent quo nauigant. vage hinc inde. nunc ad ori-
entem. nunc ad occidentem secundum
ventorum impulsus nauigant et nesci-
unt si recedunt vel appinquant. ita est
qui bona opera facit. et nescit finem
puritatis sed permittit vicia in se dominari
nescit quantum in vera spirituali vita
proficit vel deficit. Ea vero quod sunt ad fi-
nem ita debemus in corde disponere
et ordinare prout melius possunt nos
ad fine caritatis vel puritatis ducere.

Cum vero nos in tali fine puritatis vel
caritatis impediunt libere relinque .
Non enim ita debemus insistere lecti-
onem vel meditacionem ut cum caritas ex-
egerit non nisi cum murmure et tristi-
cia eam relinquamus incurrentes sic
tristitia vel alterius vici impuritatem
appter quam extirpada sacra lectio
vel meditatio fuerat arripienda . Nec
in talibus exercitiis ita ex toto debe-
mus esse fixi sicut in fine . sed quando
caritas exigit vel obedientia . humilitate
ad tempus non ad semper deserere .
Quae enim secundum Bernardum pro
caritate sunt instituta contra carita-
tem non debent militare .

TDe tribus ascensionibus contra
tres descensus premissos iterum redu-
centibus ad locum rectitudinis .

Capl. xi.

c iiiij